



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXVI. Romana Legati habitationis. Relicta alicujus habitatione cum
hærede, an legatarius possit suum jus alteri cedere, ac domum vel partem
pro ejus habitatione assignatam locare; Et an è ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](#)

Hinc non bene dicabant agentes pro Confraternitate, quod emptor ita gereret vices illius Ministri, quo mediante dictum onus implendum erat, quod alias adimpleri non poterat per ipsammet Confraternitatem, tanquam corpus fictum & inanimatum; Ubi enim id sit per Ministrum, iste dicitur representare ipsam Confraternitatem representantem personam defuncti; Hæc autem representatio non datur in quolibet extraneo possessor, qui plures mutari potest, & ad cuius domum alias Cardinalis non accederet, cùntunc non diceretur hospitio recipi ab herede representante benevolum testatore jure obsequii, sed à tertio ignoto vel parum grato. Et iuxta præmissa judicatum fuit pro Cardinali, qui post victoriæ ex motivo charitatis cuicunque ejus juri munificentissime cessit.

D I S C. LXVI.

DEcendens absque prole Franciscus Maria Cessius Dux Ceria, scripta herede Portia sorore, cum substitutionibus ad rem non facientibus, Maria Aldobrandina uxori habitacionem reliquit cum eadem herede, inter quas mortuo testatore, juxta mulierum consuetudinem plures exortæ fuerunt controversæ, præfertim circa dictum legatum habitationis; Primo, an illud dicta legataria præcisè deberetur in ipso palatio Ducum Ceria, in quo testator habitare conveuerat & obierat, & in ipso met nobiliori appartamento, in quo eadem Ducissa vivente viro habitabat; Secundo, an dicta Ducissa Portia heres, invita præfata Ducissa legataria introducere posset ad habitandum in eodem palatio Comitisam Borromeam alteram sororem sibi substitutam; Et tertio an dicta Ducissa legataria appartamentum cum aliis mansionibus & officiis pro familia sibi assignandum alii locare seu gratuitè cedere posset, super quibus omnibus dicta legataria consilium à me & aliis petit, tam in scriptis, quam in congressu habito pro directione causa; Sed quamvis super omnibus discursus fuerit, nihilominus ob ejusdem Ducissæ discessum ab Urbe absque probabili spe celeris regresus, inanis remainet discursus super primo & secundo puncto, solusque commissa causa in Rotam Ceram, actum fuit de tertio, quem decidi expediebat, dum alias stante absentia, legatum nullius remanebat utilitatis; Et assumpta disputacione sub die 17. Martii 1661, prodit resolutio legataria absenti præjudicialis circa facultatem locandi vel aliis concendi, ad ejusdem verò præsentis favorem, confirmingo manutentionem à judice primæ instantiæ sibi concessam, rejecta exceptione heredis, quod palatum non esset hereditarium, sed spectaret ad fidicominissimum sibi debitum ex persona propria, ex regula, quod heres tenetur haberetur factum defuncti etiam in bonis & iuribus propriis, licet in hac disputatione Rotali ego non scripserim, ut potè medio tempore per dictam heredem evocatus ad defensionem plurimum graviorum causarum, præserim in Romana Contributionis, de qua subiit de feudi ad materiam Bullæ Baronum, & propter ea abstinui, sed ex discursu præcedenter edito pro veritate penè totum despustum fuit.

In dicto igitur discursu, quatenus pertinet ad hanc tertium punctum in Rota postmodum disputatum, resolutio fuit iuxta votum, undè in congregatu mea sententia fuit illum assumentum non esse, ut potè parum probabilem; Licet enim legatario habitacionis concedatur facultas domum, cuius habitatio sibi relata est, locandi vel alteri concedendi juxta texum clarum in l. cum antiquitas Cod. de usufructu, cuius dispositio de plano intraret in praesenti casu, quando revera ageretur de legato habitacionis domus, cùm esset per ultimam voluntatem, quoniam quæstio est, ubi conceditur vel reservatur per actum inter vivos ex deducitis in magistrali decisione 401. Affili, ubi verius firmatur idem quoque isto casu procedere.

Nihilominus cessabat applicatio ad factum, cùm revera legatum non contineret habitacionem tanquam jus vel servitutem in re, sed solum facultatem habitandi cum herede, & sic quandam speciem continuationis ejusdem vitæ, quam legataria deducebat, vivente ipso testatore, cuius personam heres fidei representat, eo quia uxor quam-

vis

ROMANA
LEGATI HABITATIONIS

PRO

DUCISSA MARIA ALDO-
BRANDINA,

CVN

DUCISSA PORTIA CESTA.

Causa decisus per Rotam, ut infra.

Relicta alicui habitatione cum herede, an legatarius possit suum jus alteri cedere, ac domum vel partem pro ejus habitatione assignatam locare; Et an è converso heres possit domum solita habitationis testatoris in præjudicium legatarii locare, seu alios ad habitandum introducere; Et de qua domo hujusmodi legatum intelligendum sit; ac aliis ad materiam, &c.

S V M M A R I V M .

1. **F**acta series.
2. **R**esolutio causa.
3. **L**egatarius habitationis possit domum locare, vel alius concedere.
4. **S**ecus si sit legata sola facultas habitandi.
5. **Q**uando haec sola facultas relata dicatur.
6. **L**egatum habitationis censemur in domo solita habitationis per testatorem.
7. **S**i est legatum factum uxori, censemur eo modo, quo ipsa, vivente viro testatore habitabat.
8. **E**x qualitate persona judicandum est, quomodo habitatio prestanta sit.
9. **A**n heres invito legatario introducere possit alios ad habitandum in eadem domo.
10. **L**egatum alimentorum an contra judicium testatoris peti possit extra domum heredum.
11. **Q**uomodo fratribus secundogenitū habitatio à primogenito prestanta sit.

vis vidua durante viduitate censetur, ac si continaret in coniugio, unde expedit famē & exsuffratio-
ni viri eam honorificē vivere & tractari, & hoc est,
quod propriē testator disponere voluit, quo casu
cum hēc facultas dicatur ius mērē personale alteri
non cessibile, idcirco non competit facultas locan-
di vel alteri cedendi juxta distinctionem, de qua pōf.
⁴ Fulgos. conf. 207. num. 2. Dec. conf. 335. quod reputa-
tur in materia magistrale, in terminis uxoris Vrfl.
ad Affl. dicta decif. 401. num. 2. & est distinctio com-
muniter recepta, quod scilicet aliud sit legatum ha-
bitationis ipsius domus simpliciter, aliud sit lega-
tum facultatis habitandi in domo cum hārede ex-
deductū per Surd. de alimento tit. 2. quaff. 1. num. 25.
Manic: de conjectur. lib. 9. tit. 4. num. 8. cum sequen-
tia:
Gratian. discept. 775. numer. 72. cum sequentia:
Castell. de usfrutu cap. 28. num. 27. cum aliis in de-
cisione desuper edita, ubi bēnē ponderatur, quod
cūm testator hujusmodi legatum restringeret ad
tempus sūmū viduitatis, ita clara resultabat
voluntas, quod aliud gerere noluerit, nūl providere
perlonam de congrua habitatione, donec ejusdem
testatoris exsuffratio ita expediret; Ac etiam quia
dum hujusmodi habitationem mandavit insimul
cum hārede, quā erat mulier & foror, prorsus in-
congruum & improbable est, ut facultatem dare
voluerit aliis locandi vel concedendi, unde propter
eū resolutio omnīd justa & probabilis vīa est.

Quoverò ad primum punctum supradictum, an
scilicet dicta habitatio præcisē deberetur in ipso pa-
latio, & in eodem appartamento, respondi bonum
iūs assūtere legataria ex regula, quod ubi testator
non exprimit domum, sentire censetur de illa sua
habitatione ex deductū per Gabriel. conf. 98. num. 4.
lib. 1. Menoch. conf. 329 num. 12. & lib. 4. presumpt. 105.
num. 3. & firmatur in hujus causā decisione; Et dum
in vita testator uxori dicitum appartamentum desti-
navit, eadem destinatio durare censetur, itātū lega-
tum continere dicatur quamdam continuationem
sūmū perseverantiam ejusdem status, ut in terminis
Beros. conf. 48. num. 11. lib. 2. Surd. de alimento. tit. 4.
quaff. 19. num. 7. Accedente supradicta ratione, quod
scilicet uxor durante viduitate retinere dicitur eam-
dem dignitatē & honorificē, quam habebat
vivente viro, unde intrant deducta per Socin. jun.
conf. 19. num. 23. cum sequen. lib. 2. quod scilicet ex
qualitate personae defumitur, quomodo hujusmodi
legatum iegundum sit.

Demum quoad secundum punctum, an scilicet
dicta Duciſſa hāres introducere posset ad habitan-
dum in eodem palatio Comitissam sororem invita
ipsa legataria, contra istius oppositionem probabi-
lius respondendum censui, dum ob ejusdem palatii
amplitudinem hēc introductio ipsi legatariae, ejus-
que commoditatibus non præjudicabat, quo solum
casu dicebam oppositionem esse probabilem, qua-
lem etiam dicebam in casu quo hāres introducere
vellet ad habitandum personas extraneas, & tales,
ex quarum simultanea cohabitione aliquod præju-
dicium honestati vel decori legatariae refutare pos-
set, quo casu etiam ab expresto testatoris judicio re-
cederet licet, ut in propofito habemus de legato ali-
mentorum uxori viduæ relicto in domo ipsius testa-
toris cum hārede, quod si ex causa honestatis vel
alio justo motivo non conveniat uxorem legata-
riam ea recipere ab hāredibus, vel in ea domo, li-
cite defuncti judicium sperni potest, ut decif. 157.
num. 18. part. 5. recent. & in aliis plenē cumulatis per
Add. ad dec. 636. part. 4. tom. 3. num. 145. & seqq. ubi
allegantur Surd. Peregr. & cateri, & sic est materia
arbitria ex facti circumstantiis decidenda.

In propofito autem habitationis; Cūm in do-
mo Duciſſa Muti seu Mutii adesset primogenitura
per contractū ordinata, sub ea dispositio, quod
secundogeniti vivant cum fratre primogenito in pa-
latio, iisquequo uxorem duxerint, indefinite autem
habitatio, danda eset vita durante existentibus in
dignitate ecclēsiaſtīca; Super duobus occasionē
habuiſ respondit: Primo an cuidam secundogeni-
to, qui uxorem duxerat, dicta habitatio debere-
tur; Et secundō, an Prałatus, qui erat absens ex-
cēndo gubernia, justē se opponere posset, ne Dux
primogenitus dictum palatium locaret ob iūs sua
habitationis, in domo in qua interim bona & ali-
quos ministros ejus servitio necessarios retinere
velle dicebat.

Ad primum respondi sine dubio negatiū;
Tum quia erector primogenitura clare dispositus
donec aliū uxorem duxerent; Tum etiam, quatenus
ita dispositum non eset, ratione subjecta materie
& verisimilis voluntatis, quod scilicet ita dispositum
sit, donec fratres insimul cum quadam societate
vita in eadem domo sub primogenito vivere pos-
sunt, quoniam cum tractu temporis plurē esse pos-
sunt fratres, ut in hac facti specie contingebat, dari
etiam posset casus, quod omnes etiam plurē uxo-
rem duxerent & familiam procrearent, unde neque
sufficeret palatium Vaticanum, ideoque proceden-
tiam cum terminis onerum, seu focialarium ad effe-
ctum collectarum juxta deducta in Sabinen. focialic
sub tit. de Regal. disc. 96.

Quò vero ad alterum, quamvis scribens pro
Prałato tanquam Advocatus, ex Fulgos. conf. 207.
& Affl. dec. 34. & alijs de quibus in Romana seu Alba-
nen. disc. præced. substinerem palatium non posse lo-
cari; Attamen reflectendo ad veritatem credebam
parum probabilem esse prætensionem, quoties in-
demnitatē & commoditatē dicti Prałati cum alia
domo eset congruē consultum juxta casum absen-
tia vel præsentia respectivē, cūm aliās eset species
iniquitatē.

ROMANA MANSIONVM

PRO

CARDINALI MAYDALCHINO,

CVI

PATRIBUS S. PANCRATII.

*Discursus in forma supplicis libelli ad
Sandifimum.*

Facta per donatorem vel concedentem re-
servatione aliquarum mansionum pro-
eius habitatione; An reservata etiam cen-
seantur aliæ necessariae vel congrue offi-
cine & mansiones pro familia, quamvis
non exprimatur.

S V M M A R I V M.

1. F Acti series.
2. Concessa aliquare, censetur concessa omnia ea,
sine quibus illa obtineri non potest.

3. Sub